



Praxis Bene Meditandi

Berzetti, Nicola

Coloniae Agrippinae, 1658

Exercitatio potentiarum circa puncta meditationis.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56496](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56496)

dictum: sive unus is fuerit, sive plures; sive communis omnibus ejusdem rationis materiis sive singulis materiis, vel etiam punctis particularis. hoc verò faciet maximo quo poterit affectu, humilitate, fiducia, instantiâ: quia totius meditationis fructus præcipuè in consecutione finis consistit & hic principaliter obtineri debet per auxilium divinæ gratiæ.

Exercitatio potentiarum circa puncta meditationis.

Meditationem ipsam auspicabitur à primo puncto quod præparavit, tres præcipuas animæ potentias circa illud exercendo: memoriam quidem ma-

teriam ipsam in principio & progressu meditationis opportunè suggerendò, prout discursus ipse postulabit; conditiones (de quibus infra) circa personas, verba, & opera, aliaque in sacra scriptura vel bonis authoribus lecta, si-ve à viris sapientibus, & spiritualibus audita, dummodò ad rem, de qua meditatur accomodata, proponendo. Intellectum verò apprehendendo materiam à memoria propositam, & desuper discurrendo, & deducendo unum ex alio, & quod deductum fuerit, si opus sit, rationibus authoritatibus, similitudinibus, exemplis, &c. Confirmando; veritates, lumina, & stabiles conce-

ptus inde colligendo. Volunta-
tem denique, suscitando in se-
ipso affectus illos, & proposita fa-
ciendo, quæ objecta ab intelle-
ctu proposita, tanquam bona
exigent: præter tres hæc præci-
puas animæ potentias exercebit
etiam subinde, dum necesse fue-
rit phantasiam, representando
intellectui factum, magnitudi-
nem, motus personarum, altitu-
dinem, & asperitatem loco-
rum, &c. renovando præsen-
tiam Dei, itemque B. Virginis,
Angelorum, & sanctorum for-
mando, quando cum illis insti-
tuenda, colloquia.